

**8431** Callistian[o] | consorti | actus et ani|mi, Callist[e] | et Hedone |  
fratri b. m.

*Romae (VI 14095 bis descripta saec. XV. XVI).*

**8432** A. Memmio Claro | A. Memmius Urbanus | conliberto, idem  
consorti | carissimo sibi. | Inter me et te, sanctissime mi | conliberte,  
nullum unquam | disiurgium fuisse conscius | sum mihi. Hoc quoque  
titulo | superos et inferos testor deos, | uná me tecum congressum | in  
venálicio, úná domo liberos | esse factos, neque ullus unquam | nos  
diunxisset nisi hic tuus | fátalís dies.

*Romae ad Appiam viam rep., est Cusercoli (VI 22355<sup>a</sup> vidit Marinius).*

**8433** dis m. s. | L. Cassius L. fil. Quir. Faus|tus vix. annis XLIII, |  
homo bonus rebus ho|minibusq. pernecessa|rius,  
quem quaerit pa|triae maximus hic | populus,  
terra tegit fe|lix, lux attem (*sic*)<sup>1</sup> ingrata | reliq.

L. C.<sup>2</sup> E. frat. p. p.

*Anmaedarae (VIII 332. 44572 vidit Cagnat). Buecheler carm. epigr. n. 1239.*  
— 1) *Autem.* — 2) *Cassius.*

**8434** d. m. s. | L. Caecilius L. f. Pæp. | Rogatus pius, | frugalissi-  
mus | pater, laudabilis | sectae homo, | integritate | innocentia | fide, vixit |  
annis LXXIII | men. XI d. VIII, | h. s. e., | constanti viro, | Rogatia-  
nus | filius.

*Valli provinciae Africae (VIII 1288 cf. p. 4437 viderunt Wilmanns et Schmidt).*

**8435** d. m. | Sempronio Donato homin. | frugalissimo, qui vixit  
an|nis LXV mens. III dies. V hor. VII, | cuius frugalitati heres ma|ximas  
gratias aget, amplius mere|nti heres honorabit.

*Romae (VI 26158 ter quatterve descripta saec. XVI. XVII).*

**8436** v.<sup>1</sup> C. Gargilius Haemon, Proculi, | Philagri divi Aug. l. Agrip-  
piani f.<sup>2</sup>, | paedagogus, idem l., | pius et sanctus. | Vixi quam diu potui  
sine lite, | sine rixa, sine controversia, | sine aere alieno; amicis fidem |  
bonam praestiti; peculio | pauper, animo divitissimus. | Bene valeat is qui  
hoc (*sic*) titulum | perlegit meum<sup>3</sup>.

*Romae in monumento ad viam Nomentanam rep. (VI 8012 vidit de Rossi). —*  
1) *Vivus (v. in margine adscripta, inter v. 2 et 5). — 2) Filii. Proculus hic filius*  
*fuit Philagri, divi Augusti liberti: videtur antequam pater eius manumitteretur,*  
*in aliam familiam transiisse, cum libertus eius Gargilii gentilicium habuerit. Pater*  
*eius in familiam Augusti videtur pervenisse ex hereditate Agrippae, teste altero*  
*eius nomine, cf. supra N. 1778. — 3) Versus est senarius; etiam in praecedentibus*  
*versuum vestigia apparent. Cf. Buecheler carm. epigr. 154.*

**8437** d. m. | Octaviae Cres|centinae que | antiqua vita vi|xit, fidei ac  
dili|gentiae [gr]aviss., | C. Val. Ianuarius | coniux c. fil. b. m. f.

*Beneventi (IX 1913 ter descripta saec. XVI. XVII).*